

August Varenius

**Augustus Varenius D. ... Solemnes Exequias ... Dn. Christiano von Thienen/ ICto
Doctori ... moestissima Vidua, Maria Meibomia ... parandas intimat, & ad illas
Omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785>

Druck Freier  Zugang



Varenins, A.

in Chr. v. Thien

Rostock 1669.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419785/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419785/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785/phys_0003)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419785/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785/phys_0004)



AUGUSTUS VARENIUS D.

Sereniss. Ducum Meklenburgicorum Con-
sistorii Assessor, & Professor Theologus, h.t. Uni-
versitatis Rostochiensis **RECTOR**

Solemnes Exequias



Nobilissimo, Clarissimo, Consultissimo

DOMINI. CHRISTIANO

von Thienen/

JCto Doctori excellentissimo, causarumq;
Advocato solertissimo, Civi quondam Academiac
nostræ primario fulgidissimo, modò beatissimo
à Nobilissimâ, suiq; sexus dotib⁹ splendidis-
simâ, nuper Naomi s. pulcherrimè Maritâ, nunc
Mara s. moestissima Viduâ,

MARIA MEIBOMIA,

in Mariano templo post horam I. pomerid. decorâ, re-
ligiosâq; ceremoniâ parandas intimat, & ad illas

Omnium ordinum Cives Academicos, eâ
quâ fas est, autoritate & humanitate
invitat.

Isaiæ L VII, 1. 2.

Justus perit, & nemo animadvertis. Homines benigni congre-
gantur, & nemo advertit, ante adventum mali aggregari justum.
Ingreditur pacem, requiescit in cubili suo, quis quis ambulavit in equi-
tate suâ.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Rost. Typ

38.

36

ITa vel hic ipse dies, hæc ipsa nos hora, quām sub regno si-
mus potentiore, nostrisq; mortali conditione consiliis certi
solidivè nihil, docet! Ita recenti lamentabilis funeris argu-
mento, fragilitatis oblitos admonet, æternitatemque terris
circumscribentes, ad mortem respicere jubet! Quod si quis,
quid hoc sibi principium velit, quæfiverit, non ad Senecæ Se-
nacionem Cornelium equitem Romanum splendidum & offi-
ciosum, intra paucissimas horas & sani ac valentis hominis offi-
ciis functum, & in ipso actu benè cedentium rerum, in ipso pro-
currentis pecuniaæ impetu raptum defunctumque, ablegaveri-
mus: sed in ipso hoc nostro Roseto, præteritis tot in officijsæ
crudelitatis mortibus, ad præsens, eidemque par, nec adeò vetu-
stum Libilitinale Theatrum impositamq; nobis et si invitis com-
mentandi ad utriusq; tumulum necessitatem, sine præficâ, con-
sultorem provocaverimus. Ecce enim, uonduum quartus ex-
actis compleetur mensibus annus, quando JCtus Excellentissi-
mus, Ordinis nostri jam tunc insigne decus, D N. JOHAN-
CHRISTOPHORUS von Hillen / ex Roseto hoc nostro
negotiorum expediendorum, dandæque animo remissionis
causâ, ipsâ æstivâ amoënitate propellente, Lubecam patriæ sibi
loco reverenter habitam, securus fati, latusq; constantis co-
usque in columitatis, Uxore, fidissimâ Comite, excurrit: at
vix Imperiale illam Lubecam ingressus, febriles paroxysmos,
cæteraq; symptomata expertus, occidit, occidit, inq; solâ tumbâ
ex animo corpore, vano tanti nominis simulacro, suo hic condi-
torio inferendus lamentabile spectaculum rediit. Eadem de-
nuo exacta nunc sive scena, sive fabula est, nec ovum ovo ma-
gis simile, qvām non dissimilis illi casui casus, & isti tumulo præ-
sens est tumulus. Obiit, obiit Vir Clarissimus & Consultissimus
DN. CHRISTIANUS von Thienen / CHRISTIANORUM, Se-
nariorum olim hic Amplissimorum, unius, ex inclytâ GERTRU-
DE, JOHANNIS Schniedlers / anno si ac antiquâ virtute & fi-
de senis,

de senis, Reip. patriæ Sedecim Viri, ædis Marian. præfecti, & Ci-
vis integerimi ac MARGARITÆ Glisebters Patre Senatore,
claræ, virtutibus animi Clarissimæ, Filiâ oranibus sui sexus doti-
bus præfulgidâ Matronâ, Filius, anterioris CHRISTIANI Avi, ex
MARGARITA Papken / Aviâ paternâ ingenti fœminei sexus
decore qvondam & coronâ, pretiosissimus & cognominis inde
Patri Avoq; nepos, qvi ann. cl. l. c XXXIX. natus, vereq; inde ab
ipso regenerationis lavacro CHRISTIANUS, cum pueritiam a-
dolescentiamq; in Patria & Luniburgi, sub Optumorum Magi-
strorum, ipsorum in primis Parentū Oculo censuraq; ve sanctissi-
mè, floridissimeq; ve in pietatis & literarum studiis absolvisset,
cum juventutē in celeberrimâ Lipsiensi Academiâ, tum huma-
nitatis tum Jurisprudentiæ studiis, præcipuâ animi destinatio-
ne consecrasset ; ac per ingratam' sibi necessitatem, prodigo-
samq; ve omniño, qvæ dum intra unum mensem tria Charissima
Nostro Capita, Patrem, Fratrem, Sororem, prostravit, domum
Thinianam incomparabili impetu attonuit, tempestatem,
ex almâ Lipsensi in patriam revocatus, in hâc Universitate, cu-
ratoq; mox patrimonio, in aditâ vicinâ Gryphicâ solerter se per
publica specimina Auditorio præbuisset, & ex illis studiorum
principiis suâ se virtute & doctrina magis magisq; promovisset,
qvin Nobilissimi JCtorum in Gryphisvv. illa schola Regia Or-
dinis judicio, Optumorum adspirante consensu, per gradum Li-
centiæ ad splendidissimum DOCTORIS apicem contendisset,
jamq; Patriæ redditus capaces curiæ animos, periclitantem
innocentiam patrocinio juris sublevando, vel ambigua causa-
rum fata dirimendo, probavisset, adeo, ut dignitate facilius
crescente, qvam incipiente, declivis illi ad cetera & vel ad am-
plissimas dignationes cursus esset, sive amoribus CHARISSIMÆ
excitus, sive ab ipsa amœnissima floridissimi veris tempestivita-
te impulsus, ipso florum mensæ ex Roseto hoc Balthico d. IIX.
Maij, Lubecam, certâ spe reddendum se mox in columem pa-
triis

trius Rosis, excurrit: at ignarus properantis adeo, imminen-
tissimiq; sibi fati, æternum Rostochio nunquam revidendo sibi
mortali valedixit. Abiit sic, abiit Nobilissim⁹ noster olim CHRI-
STIANUS. Abiit, Nobilissimā tori sociā MARIA MEIBOMIA,
celeberrimorum illorum MEIBOMIORUM, HENRICI per XL.
annos in inclutā Julia olim Poetæ & Historici Professoris Clarissi-
mi Nepte, JOHANNIS HENRICI, Doctoris Medici, ac initio
in eādem ad Elmum Illustrissimā Universitate per XI annos Pro-
fessoris, inde in libera civitate Imperiali, Lubecæ, Physici fami-
geratissimi, Filiā, vix ante novem lunas domū ductā, svavissima
venustissimaq; comite. Abiit, ipsā simul morte ad latus ince-
dente. Ecce enim alterum hoc fragilitatis nostræ, yanæq; ut
plurimū dispositionis humanæ exemplum. Vix innotuerat
nobis DN.D. THINIUM Amicum æstimatisimum, Lubecam
hinc excurrisse, quando jam aures nostras miserabilis illa elegia
verberavit: *D. CHRISTIANUS THINIUS*, maturos nuper, cum
emigraret Rosis, reditus Patriæ pollicitus d. XVII, Maij Lubecæ arden-
ti febre, Cephalalgia correptus, d. XXVI. Maji animam exhibuit,
nonnisi pallidum corpus condendum, Rosis patriis redditurus. Ita
ergo abiit, abiit, obiit, obiit! Ita bonis omnibus, Ita huic Reip.
literariæ, & in hāc Nobis quoque, quibus ex intimiori proxumè
admissione, exploratissima fuit Optumi Viri sincera pietas & ipsi-
us judicij maturitas, Ita præ aliis omnibus Nobilissimæ suæ, nunc
Mœstissimæ, in ipsis amoris Conjugalis primordiis, Viduæ, que-
ruloque Turturi, flebilis Occidit, occidit! Ita non alio in loco,
nec alio morbo, ejusdem Medici Reip. Lubecens. Physici ce-
leberrimi D. PAULI Neufranz / artem Medicam operamque
indefessam superante, ex eodem Rev. Ministerii Lubecensis or-
dine, DN. M. BERNHARDO Krechting / Verbi Divini Præ-
cone & Antistite Mariano fidelissimo, novissimè NOSTRO
nunc beatissimo, sacris operante, aniamque in supremo illo
certamine, quo etiam filii Deorum percelli solent, & de statu
mentis

mentis exturbari, tum sermonibus meram pietatem spirantibus, tum illo corporis & sanguinis Jesu Christi sacramento, incomparabili beatæ animarum immortalitatis futuræque nostræ resurrectionis symbolo, in ipso ultimo vitæ actu roborante, illud nostrorum Doctorum par nobile, dum ipsius æstivæ excursionis occasione animis intermissionem dare destinavit, animas exhalavit, & ad cœlestem patriam commigravit: nobis autem remisso exanimo corpore solam hanc officiosam equidem, at quā lacrymosam, illius tumulo componendi & ad illum scribendū necessitatem reservavit. Sed infirmo desiderio, ignavo luctu muliebribus lamentis, occasus Clarissimorum Virorum haut fas est prosequi: præstat primò memoriam, & nunc quidem CHRISTIANI THINII, Doctoris Juris Consulti, cœlo mente recepti, supraq; aleam beatitatis positi, piè inviolateq; venerari, nec sine plausu, tam solidum triumphanti gaudium gratulari, ac ob ejus commodum latari, deinde in illius funere, velut expressissimā effigie nostri partes officii contemplari, denique si qua possimus dolori leniundo argumenta accommodare, nostro quoque in hoc scriptioris genere officio non deesse. Occidit CHRISTIANUS Noster in ipso serè Juventæ flore & robustæ maturitatis limine! At nullum morti tempus intempestivum, & in Cœlo nulla præter Juventutem, ætas est, ipsique in tam annosâ senectute, Seraphini Juvenes sunt. Et nulla mors immatura benè morienti. Occiderit Noster vel ante dedicatam, integrī anni cum Charissimā, consuetudine conjugali, auctamque sobole domum! Fatemur, non aliud potens magis Beatissimo in terris retinaculum vel ab ipso Deo, primi anni amoribus privilegium castrile accommodante, exceptandum fuisse. Sed, ut arcana nobis, Deo committamus, qui obtegit nos in utero matris nostræ, hoc nos ostendamus velle, quod profitemur toties, quoties precamur: Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra! Habet Deus suorum judiciorum fuarumque viarum rationes, et si nobis

imperscrutabiles, tamen nunquam iniquas, semper justissimas, quas religioso silentio venerari decet, scrutari non decet; Et vel moriturus olim E paminondas, tot liberos sibi vindicans quot victorias, ingeniosèque per illas, Amicis dolentibus *tantum Duce* *sine sobole mors*, indecorum in Heroum morte planctum exprobrans, hunc doloris insultum relegaverit. *At in peregrino solo ceciderit Beatus nunc Thinius!* Ceterum fata etiam propitia, nec ordinem servant, nec locum. Nullus morti locus exemptus, nullum immaturum tempus est. Adhaeret ubiq; causa moriendi, omnibusque locis, omnibus momentis mors impendet, urget, & vel subducturo se se gravius incumbit. Quosdam inter suorum amplexus pulchre saturos ad requiem perducit, alios in extero solo derepente vita avellit. Quin, omne solum fortis patria est. Quot non hoc ipso momento, quo nos haec scribimus, animam apud exteris variis mortium generibus emittunt, quin quantus nos sic morientium populus aliquando non comitabitur solum: sed & sequetur. *At qui nondum admotus stationi dignationis publica occidit Noster!* Verum, jam Doctoratus honore inter Academicos titulos summo, fulsit, & muneri quoque publico, tam proximus fuit, quam si nobis superasset, maturus. Nec curant Catones vel Socrates, si se posthabitis in sella curuli strumæ vomicæve sedeant, vitioque potens regnet adulter. Ibi sella curulis est, ubi Cato sedet, inquit tam virtutum effeto, quam Calumniarum feracissimo seculo, tutissimus ille, qui minus ex publico urgetur premiturve. Igitur nec mortalitatis lacrymas intrudemus immortali: quin potius triumphi plausu personet *Epinicum*, qvia NOSTER ex campo Victor rediit, *Genethliacum*, qvia dies ille mortis illide more majorum sanctorum NATALIS fuit, *Epithalamium*, qvia dies ille ad nuptias Agni CHRISTIANOS promovit, *Olympicum* qvia ante annos, septimo spatio palmae appropinquant, adeptus coronam anteqvam alii annosiores Athletæ in stadio metam,

Ibalas-

Ibalasiacū, qvia dum alii adhuc in alto procello siore interfusa
nitentes vitant æqvora Cycladas, Beatisim⁹ Noster paulò supra
Iuvenem hoc grande pelagus emensus, in portum navigavit, &
jussu gubernatoris exivit. Erigamus nunc animos, & vel ex ho-
funere, qvod ex usu nobis foret, exemplum præsumamus. Vi-
xit noster, ut brevis ævi, & longè infra sive Arganthonii, sive
Statiliaæ ætatē, Viris ac Juvenibus omnibus ad laudem ac imita-
tionem. Advolent, velut ad cadaver aqvilæ, sic adhunc tu-
mulum, in quo insepulta juvenis Viri virtus jacet, juvenes
nostrī Academicī, & tot tantasqve dotes sive venerentur, sive
qvoqve imitentur. Sed & nobis omnibus CHRISTIANUS
beatissimus nunc magnâ testatur voce per umbras intonatq;
qvod in cantico Mosis insonuit olim David Ps. XC. 12. Numera-
re dies nostros ita doce nos ut inducamus animum sapientem! Licet
enim, prout præfati sumus, per tot Calamitatum mortuumq;
genera omnis nos hora, dies omnis, qvām nihil simus doceat,
tantus tamen plurimorum stupor est, ut non solū de morte
ipsā, & post hanc, æternitate sive ad gloriam sive ad poenam
soliciti non sint: sed & prout alter in cruce Latro jam oculis in
morte natantibus atra, vel ille in Lesbiacis, Dicæarchus delitiae
qidem Ciceronis: sed cui indogmate de mortalitate anime fuit
intestabilis, securi rideant, & sic descendant ad illam, qvæ

Noctes atq; dies patet atrī Janua Ditis.

Et nihil qvidem IUSTIS morientibus inde decedit: qui ingre-
diuntur pacem, qui reqviescunt in cubilibus suis, & imminentे ma-
lo subducuntur in portum. At vñ illis qvi ubi Justus sic morte be-
atà eis acceleratà antevortit, non in animo tales casus reponunt, &
ubi Viri benignitatis, à Domino ex hoc seculo evocata congregantur,
non animadvertisunt. Hoc igitur agamus, ut casus luctorum.
animadvertisimus, & ut nunquam mortē timeamus, semper co-
gitemus. Cui enim exploratum, se ad vesperam victurum?
Qvod superest, cum abstergendo dolori scribere nunc pluscula
non

non liceat, solo affectu ex lege qvorundam Rhetorum, post in-
tervallum nunc consolabimur: nec enim in hâc vitâ dolor i-
dem, qvi magnus, longus esse solet: Qvin potius Omnes qvo-
qvit jurisdictionem nostram Academicam agnoscunt, ut exe-
qviae Viri Doctoris freqventer eant, eâ; qvâfas est, autoritate
& humanitate invitamus. Demus hoc humanitatis officiū fulgi-
dissimis undiqvaq; THINIORUM, SCHNIEDLERIORUM,
familiis, Agnatis, Fratribus. Demus honori Consultissimi & Ex-
cellentissimi Domini HERMANNI LEMKENII, ejusdemque
tori sociæ piè defuncto Materteræ pretiosissimæ. Demus sum-
mi Nominis excellentissimorumq; meritorum JCti, & Sere-
nissimi Ducis Mekleb. Consiliari, ANDREÆ CURTII, D.
JCti celeberrimi, qvi piè defuncto Affinis & viduæ Sororius,
hôc casu præcipue afficitur, dolori temperando, affectuiq; ve-
testando. Demus venerationi mœstissimæ Viduæ, & re-
cordationi posthumæ celeberrimorum MEIBOMIORUM
& qvod caput est, CRHISTIANI magni nuper nostræ Acade-
miae ornamenti, & ad datum in templo Mariano funerale
signum, magno numero adsimus, ituri nunc, & ordine
certo mox secuturi. Quomodo fabula, sic vita; non quâm-
diu: sed qvâm benè acta sit, resert. Nihil ad rem pertinet
qvo loco desinamus, modò bonam clausu-
lam imponamus.

P.P. sub Sigillo Rectoratus d. XXX. Jun.
Anno M. DC. LXIX.

Conventus erit in Æde Marianâ horâ I^{ma}.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419785/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419785/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777419785/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777419785/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777419785/phys_0016)



Ibalasiacū, qvia dum alii adhuc iu-
nitentes vitant & qvora Cycladas, B.
Iuvenem hoc grande pelagus eme-
jussu gubernatoris exivit. Erigam
funere, qvod ex usu nobis foret, e-
xit noster, ut brevis ævi, & longè
Statiliaæ ætatē, Viris ac Juvenibus o-
tionem. Advolent, velut ad ca-
mulum, in quo insepulta juvenes
nostrī Academicī, & tot tantasqve
qvoqve imitentur. Sed & nobis
beatissimus nunc magnā testatur
qvod in cantico Mosis insonuit oli-
re dies nostros ita doce nos ut induca-
enim, prout præfati sumus, per to-
genera omnis nos hora, dies omni-
tantus tamen plurimorum stupor
ipsā, & post hanc, æternitate sive
soliciti non sint: sed & prout alter
morte natantibus atra, vel ille in-
qvidem Ciceronis: sed cui indomita
intestabilis, securi rideant, & sic

Noctes atq; dies patet atri. Ja-
Et nihil qvidem IUSTIS morienti
diuntur pacem, qui requiescunt in cul-
lo subducuntur in portum. At vae
atā et si acceleratā antevortit, non in-
ubi Viri benignitatis, à Domino ex b.
non animadvertisunt. Hoc igitur a
animadvertisamus, & ut nunquam n
gitemus. Cui enim exploratum
Qvod superest, cum abstergendo e



Illo siore interfusa
oster paulò supra-
tum navigavit, &
nos, & velex ho-
ræsumamis. Vi-
rganthonii, sive
audem ac imita-
e, sic adhunc tu-
is jacet, juvenes
enerentur, sive
CHRISTIANUS
nbras intonatq;
XC. 12. Numera-
sapientem! Licet
um mortuumq;
il simus doceat,
solūm de morte
n sive ad pœnam
tro jam oculis in
cæarchus delicia
litate animæ fuit
ad illam, qvæ

cedit: qui ingre-
t imminentे ma-
stus sic morte be-
atus reponunt, &
ata congregantur,
atus lustorum.
mus, semper co-
ram victurum. &
re nunc pluscula
non